



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3322 4° (LN 1143)




Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3322 4° (LN 1143)




Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3322 4° (LN 1143)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3322 4° (LN 1143)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3322 4° (LN 1143)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3322 4° (LN 1143)

DA BOX

No. 3322.



M. Tischer fecit

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

= L. N. 1143

M

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3322 4° (LN 1143)

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3322 4° (LN 1143)

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3322 4° (LN 1143)

DE VIRTVTIBVS
OTTHONIENISIVM,

Carmen conſecratum Prudentiſſimis Dominis Conſulibus ac Senatoribus, Dn. Magno Henrici & Dn. Sivardo Petri, omnibusq; eiuſdem Reipub. incolis integerrimis

Per

Theodorum Marcium.

Symbolum Chriſtianorum:

Si pius es, tibi nil contraria fata nocebunt:
Omne malum, in CHRISTO ſi patiare, bonum eſt.

ROSTOCHII

Typis Ferberianis, Anno M. D. XCI.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3322 4° (LN 1143)

ORNATISSIMOS DEXTERITATE, VIRTVTE, SAPIENTIA ET autoritate Dominos conſules ac Senatores inclytæ Reipub. OTTHONIENSIS ſatutat Autor:

PErcelebres Domini, divina ſorte potentes
Salvete, & ſacrum percipitote melos.
Fama facit veſtræ virtutis, nuncia fama,
Quam colo, quam tempus vivere in omne
Vt, quamuis neq; culta ſatis, neq; nota Thalia (precor,
Noſtra, tamen veſtros auſit adire lares.
Nam dotes alias tacitas ut linquere coner,
Omnes quas nemo commemorare valet;
Candida vos pietas, puræ fideiq; corona,
Vos ſanctis faciunt patribus eſſe pares.
Sic quoq; compertum benè quis non, quæſo, favorem
Quo ſacra Pieridum caſtra fovetis, habet?
His in vos oculos hominum convertitis omnes,
Propter & hæc doctis eſtis in ore viris.
Nam caput his, reliquos ſuper, exeruiſtis honeſtum,
Quos jactat cives nobilis ora ſuos,
Quantùm alios inter rutilans micat Heſperus ignes,
Innumeros æther quos ſinuoſus habet.

Eſt

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3322 4° (LN 1143)

Eſt aliquid dextrè moderari ſi quis habenas
Illuſtri factus conſul in vrbe poteſt,
Nobile & æternos nomen ſic mittit in annos,
Clarus & in vivis poſt ſua fata manet:
Majus àt eſt, veræ ſi relligionis amore
Qui ſedet ad clavum pectora plena tenet.
Nam niſi virtutum, pietas, dulciſſima mater,
Conſilijs cunctis præferat ipſa facem,
Nulla manet conſtans ſibi, nullaq́; firma poteſtas,
Priſca ſed in pejus gloria ſæpe ruit.
Magna fuit Saulis fortuna, potentia magna,
Donec ei cordi juſſa fuêre DEI:
Sed ſimul illorum penes ipſum cura cadebat,
Exutus ſceptris, imperioq́; fuit.
Et nunc quòd retrò multorum lapſa feruntur
Regna, nihil cauſæ, cur ita fiat, habent:
Quàm ſacra pectoribus Regum quòd dogmata ſordent,
Promeritus ſuperis quòdq́; negatur honos.
Sanior àt vobis Dominis ſententia ſedit,
O noti à terris lucida ad aſtra viri.
Nempe Magiſtratus non vos modò cura gerendi
Sollicitos omni nocte dieq́; tenet:
Sed quò pura ſonent Divini oracula verbi,
Non minor eſt vobis, quàm prior ille, labor.
Integra, teſtis erit, quæ vos modò turba veretur,
Hæc veſtra didicit verum ope ſcire DEVM.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3322 4° (LN 1143)

Illaq́ꝫ vos celebres fecit, mihi credite, virtus,
Illa dedit, quæ vos ferret ad alta, viam.
Aſpice Pſalmographo Salomon genitore creatus,
Qua factus dives, quaq́ꝫ ſit arte potens?
Sacra refert, quæ non ſcit fallere pagina quenquam,
Omnia prudentes hæc potuiſſe preces.
Nam nihil ille, DEUM quoties in vota vocabat,
Judicij petijt quàm ſapientis opus.
Et ſic ille tulit non tantùm dona, ſed auctus
Divitijs, licet has non ſibi poſcit, abit.
Ejus & in tantum mox creſcit gloria, ut ipſum
Regibus haud alijs ſit ſuperare datum:
Sic quia diligitur votis ſuper omnia Numen,
Innumeris cumulat vos DEUS ecce bonis.
Nec modò vos donat ſapientis munere cordis,
A falſis dirimi quo bona cauſa ſolet,
Conſpicuos vobis quoq́ꝫ ſed pius addit honores,
Ac cornu largas divite fundit opes.
Tàm DOMINO pietas res eſt accepta ſupremo,
Deficiunt hominem tàm bona nulla pium.
Non autem pietas, quantumuis maxima virtus
Veſtra, mihi tantùm ſuſpicienda venit:
Sed manſuetudo quia veſtra videtur aperta,
Hinc mea cur celebret vos quoq́ꝫ Muſa, tenet.
Scilicet illa, licet corvo ſit rarior albo,
Nobilibus virtus eſt tamen apta viris.

Nam

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3322 4° (LN 1143)

Nam veluti longum deſcribens Cynthius annum
Lentus in obliquo tramite tendit iter,
Cùm ſummum celſi ſpacium metitur Olympi,
Longius & terræ deſpicit inde plagas:
Sic quo ſublimi magis in ſtatione locamur,
Hoc animi motus plus inhibere decet.
Vt, velut hoc ſegetes maturat tempore Titan,
Ingravidoq́ uvas palmite ritè coquit:
Sic faciles alijs dùm nos præbere ſtudemus,
Humanum capiat commoda multa genus.
Namq́ hominum virtus fovet hæc ſuaviſsima vitam,
Nec poſſeſſorem non beat ipſa ſuum.
Nempe odio plebi vehemens eſt impetus omni,
At modus in rebus cui placet, ille placet.
Hunc, velut Herculeum lapidem cita tela ſequuntur,
Proſequitur civis pectore quiſq́ pio.
Cùmq́ malum reliqui ſubigant ſibi verbere vulgum,
Hic verbis alios perficit eſſe ſuos.
Sicq́ affabilitas, digniſsima conſule virtus,
Præmia pro parvo magna labore capit.
Ac opus exemplis non eſt aliundè petitis,
Veſtra facit dictis his quia vita fidem.
Nam ſtipata tegit quæ vos pia turba clientum,
Sive domus petitis limina, ſive forum,
In veſtri non eſt aliter pellecta favorem,
Quàm quòd non faſtu pectora veſtra tument.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3322 4° (LN 1143)

Propterea fidi patronis ſemper adhærent,
    Propterea ſanctè nomina veſtra colunt.
Quid; pia quòd miſeris non viſcera clauditis vnquàm.
    Sed manibus largis pandere noſtis opes.
Hinc tuti veſtræ ſunt ædes inſtar aſyli,
    Quòd, quia ſorte jacet preſſus atroce, petit
Vtq; petit, fruſtrà ſic non petit, omnia, dignus
    Si modò ſit, precibus perficit ipſe pijs.
Hanc etenim propter cauſam ſors alma miniſtrat
    Præ reliquis uni plura tenenda bona:
Vt ſint & propriæ vitæ quibus indiget vſus,
    Et res ſtet nervis publica fulta ſuis.
Vtq; fores poßit pulſanti dives egeno,
    Ceu decet & par eſt, ferre benignus opem.
Quo quisq; eſt major, facili magis arripit aure
    Pauperis, atq; ratas has ſinit eſſe, preces.
Quin potius datur ad ſuperos accedere nulli,
    Quàm verax ſi ſit munificusq; ſimul.
Sicq; alijs dubitem non vos quoq; jungere Divis,
    O noti à terris ſidera ad vsq; viri.
Quippe Dijs fieri ſimiles ut corde ſtudetis
    Munifico, ſic laus non quoq; veſtra perit.
Namq; ope qui veſtra tetigerunt culmina montis
    Parnaßi, innumeri ceu tetigêre viri.
Hi totum ſpargunt quoq; nomina veſtra per orbem,
    Hi veſtris complent laudibus omne ſolum.

Vtq;

Vtq; alijs veſtræ veniant oblivia dextræ
Exhauſtis præſto queîs ea ſæpè fuit:
Ante tamen piſces ſiccis paſcentur in arvis,
Et ſegetem Nereus proferet ante tamen,
Caſta novenarum quàm poſſit turba ſororum
Grata parum, aut veſtri non remanere memor.
Et meritò: namq; hoc virtus ea major habenda eſt,
Quo minus in toto cernitur orbe frequens.
Cunctorum celebres velut ergò per ora volatis,
Veſtra movet Muſam ſic quoq; fama meam.
Ac monet, ut veſtrum ſibi captet amica favorem,
Cùm fortuna ipſi non ſit amica ſatis.
Quin miſeræ quoq; ſpes animoſas ſuggerit ipſi,
Hacq; jubet longum ponere voce metum:
Non tamen, ut quereris, prorſus tua fracta fatiſcit,
Aut jacet à ſcopulis non removenda ratis:
Sentiet optatas, poſt nubila, ſentiet auras,
Remigio portum tanget & uſa bono.
Tantùm non vigili tu ſedula parce labori,
Tantùm alios placidam poſce frequenter opem,
Præcipuè, quorum ſunt nomina clara virorum,
Ceu ſunt illorum, queîs modò metra facis.
Hi ſiquidem feſſam ſcopulis detrudere navem
Poſſunt, &, cùm ſint lumina blanda, volent.
Sic exul poteris tu mite levamen habere,
Et grates tantis ſolvere læta viris.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3322 4° (LN 1143)

His ſolata meam cùm ſit Dea fama Thaliam,
Nùm dubitet veſtros juſſa ſubire lares?
Non mora, quin ingreſſa vias, advolvitur vrbi
Turritæ, quamuis pallida corde ſatis,
Ac ibi, quæ colitis vos, Dedala tecta ſubintrat,
Exhibet & Dominis carmina pauca meis.
Hæcq; rogat vultu capiant ut metra ſereno,
Et vatis curam pro pietate gerant.
Fronte igitur læta veſtri capiatis amici
Scripta, deinde magis ſcripta polita dabit.
Sic, quia corda bonis ſemper pia pluribus auget,
Reſpiciat placida vos quoq; mente, DEVS.
Et pylij tribuens longævos Neſtoris annos,
Largifluas vobis fundat amicus opes.
Subſidio veſtro quò poſſint longius uti
Scilicet Aöniæ, turba miſella, Deæ:
Propagata DEO per quas ſua gloria durat,
Per quas & veſtrum vivit ubiq; decus.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3322 4° (LN 1143)

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3322 4° (LN 1143)

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3322 4° (LN 1143)

3322.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3322 4° (LN 1143)